Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Donato

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

ipsum cum diu celavit, ita legitur in li-
bro qui dicitur mitrale. De sancto Donato

Donatus dicitur quasi a deo natus. Et hoc
per regenerationem et gratie infusio-
nem et glorificationem que est triplex rege-
neratio spiritualis a deo. Item et cum sancti mo-
riuntur tunc et nasci dicuntur. Unde obitus
sanctorum non mors sed natale vocatur. Puer
enim appetit nasci ut recipiat amplio-
rem locum ad manendum, uberiorem cibum
ad vescendum, liberiorem aerem ad respi-
randum et lucem ad videndum. Et quia
sancti cum de utero matris ecclesie exeunt per
mortem illa quatuor secundum modum suum
recipiunt, ideo nasci dicuntur. Vel dicitur Do-
natus quasi deo datus. De sancto Donato

Donatus cum Iuliano imperatore
crevit et nutritus est, ita quod post-
quam Iulianus fuit tunc in subdiaco-
num ordinatus. Sed cum in imperium subli-
matus fuisset, patrem et matrem sancti Do-
nati occidit. Donatus autem ad Aretinam
civitatem fugit et apud Hylarium mo-
nachum manens multa ibidem mi-
racula fecit. Prefectus civitatis habens
filium demoniacum, cum eum ad beatum Dona-
tum adduxisset, clamare cepit immundus
spiritus ac dicere: In nomine domini nostri Ihesu Christi
noli [illegible] molestus esse ut de do-
mo mea egrediar. O Donate, quare
me cogis exire cum tormentis? Sed
orante Donato fuit liberatus. ¶ Vir
quidam Eustachius nomine exactor fisci
in Tuscia pecuniam publicam in custodia
uxoris nomine Eufrosine dereliquit.
Sed cum provincia ab hostibus pungeretur,
pecuniam abscondit et dolore preven-
ta vitam finivit. Vir autem eius rediens
cum pecuniam invenire non posset, et iam
cum filiis suis ad supplicium trahi de-
beret, ad sanctum Donatum confugit. Donatus
autem ad sepulchrum uxoris cum eo pergens
oratione facta clara voce dixit: Eufrosina,
per spiritum sanctum te adiuro ut dicas nobis
si talem pecuniam posuisti. Et facta est
vox de sepulchro dicens: In ingressu
domus mee ibi eam suffodi. Et euntes eam
ibi ut dixerat invenerunt. ¶ Post ali-
quot dies Satirus episcopus in domino obdormivit
et omnis clerus Donatum in episcopum elegit. Cum
quadam die missa celebrata populus com-
municaret et dyaconus communicantibus
Christi sanguinem communicaret, impingente
subito paganorum impulsu dyaconus
cecidit et calicem sanctum fregit. Deque
cum ipse et omnis populus plurimum mestus esset,
Donatus fragmenta calicis colli-
gens oratione ipsum in formam pristinam re-
formavit. Una tamen particula a dya-
bolo abscondita fuit que in calice pre-
dicto defecit, que tamen est ad testimonium
huius miraculi gloriosi. Et hoc lupu-
ma susceperunt. ¶ Fons quidam ade-
o erat infectus ut quicumque de illo biberet
protinus moreretur. Veniens igitur sanctus Donatus
super asinum suum illuc ut oratione sua
aquam sanaret, draco terribilis inde
erupit et pedes asini cauda involvens
contra Donatum protinus se erexit. Quem Do-
natus flagello quodam percutiens vel
sicut alibi legitur in os eius expuens
continuo interfecit, oravitque ad dominum et
omne venenum a fonte fugavit. Alia
esse a fonte dum ipse cum sociis quadam
vice nimium sitiret, sua oratione ibidem
produxit. ¶ Cum filia Theodosii im-
peratoris a demone vexaretur et ad sanctum
Donatum adducta fuisset, dixit Donatus:
Exi immunde spiritus et noli in plasmate
dei habitare. Cui demon: Da mihi transi-

nescio quo exeam et quo vadam. Cui donatus
unde huc venisti. Cui demon. De heremo.
Et sanctus. Illuc revertere. Et demon. Video
signum crucis inter ex quo ignis exit
contra me et pre timore ignoro quo vadam
sed da mihi locum exeundi et exeo. Cui dona-
tus. Ecce habes transitum redi ad lo-
cum tuum. Et concussa domum continuo
exivit. Cum quidam mortuus efferretur
advenit quidam cum cyrographo as-
serens deberi sibi ab ipso solidos ducen-
tos et nullatenus ipsum sepeliri sine-
bat. Quod cum uxor eius vidua sancto donato
cum lacrimis indicasset adiungens quod
homo ille totaliter pecuniam recepisset as-
surgens ad locum venit et manu defunc-
tum tangens ait. Audi me. Ille respondit.
Ego sum. Et sanctus donatus ad eum. Surge
et vide quid agas cum homine isto qui
te sepeliri non sinit. Ille qui residens cum
desolutione debiti coram omnibus convincit
et cyrographum arripiens manu lace-
ravit. Deinde dixit sancto donato. Iube
me iterum pater dormire. Vade amodo si-
lenter requiesce. Eo tempore cum fere tribus
annis non pluisset et sterilitas magna
esset infideles ad imperatorem theodosi-
um convenerunt petentes ut sanctum donatum
traderet qui per artem magicam hoc fe-
cisset. Ad instantiam igitur imperato-
ris donatus egressus dominum exora-
vit et pluviam copiosam dedit et
omnibus infusis ipse siccis vestibus do-
mum rediit. Cum autem gothi eo tempore
ytaliam devastarent et multi a fide
Christi recederent evadracianus prefectus
a sancto donato et hylarino de aposta-
sia reprehensus sanctos cepit com-
pellens eos ut iovi immolarent. Quod
cum renuissent hylarinum expoliatum
tamdiu cedi fecit quousque spiritum exalaret.
Donatum vero in carcere reclusit et post-
modum eum decollari fecit. De sancto Ciriaco

Cyriacus a marcello papa dyaconus ordina-
tus apprehensus et ad maximianum deduc-
tus missus est cum sociis suis ut terram foderet
et ad locum qui ibi construebatur terram cum
humeris deportaret. Ubi erat sanctus saturni-
nus senex quem cyriacus et sysinnius ad
portandum iuvabant. Tandem in carcere re-
clusos prefectus iussit cyriacum presentari et
cum eum aprianus adduceret subito vox cum
luce de celo veniens. Venite benedicti
patris mei et cetera et aprianus credidit et
baptizari se fecit et ad prefectum confitens
Christum venit. Cui prefectus. Numquid christianus
factus es. Cui respondit. Ve mihi quia perdidi dies
meos. Cui prefectus. Vere quia nunc perdes dies
tuos. Et iussit eum decollari. Saturninum
et sysinnium cum sacrificare nollent diver-
sis suppliciis affectos tandem decollari
iussit. Filia autem dyocletiani nomine arthe-
mia cum a demonio vexaretur clamabat
inter demonem dicens. Non exeo nisi cyriacus
dyaconus veniat. Vocatus ad eam adductus est
cyriacus. Cui demon respondit. Si vis ut
exeam da mihi vas aliquod ut intrem. Respondit
cyriacus. Ecce corpus meum si potes
ingredere. Cui demon. In vas tuum intra-
re non possum quia undique est signatum et
clausum. Si eicis me faciam quod in baby-
loniam facias te venire. Et cum coactus
exisset arthemia clamabat dicens.
Deum quem predicat cyriacus video.
Cum quam illam cyriacus baptizasset et gratia
dyocletiani et serene uxoris sue in
domo quam ei dederant securus viveret ve-
nit nuntius a rege ad dyocletianum
rogans ut ad se cyriacum mitteret
quia filia sua a demone vexaretur. Ad